



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAatalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sancto Syro martyre. Cap[itulum]. xxvij.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

De sanctis Theodoro et Anthimodoro episcopis. Cap. xvi.



Theo- dorus et Anthimodus episcopi fratres germani apud ponti-

vincia claruerunt temporibus maximiani imperatoris. De quibus tradit eusebius libro vi. cap. xxi. q. maior

horum natus theodorus vir famosissimus fuit: qui in episcopis apud pontum gregorius nominatur: fide et virtutibus atque scientia per omnia apostolicus. Sed eius frater anthimodus: quos origenes de auditorio rhetoris retractos: studia communiter literarum: in divinis suis philosophiam commutare. Quibus apud eum per quinque annos verbo dei operam dantes: in tantum profectum diuine eruditionis atque scientie peruenerunt: tantumque vite merito et cultu eniterunt: ut ab his scholis eius imatura adhuc etate: ad episcopatum provincie ponti sacerdotium uterque raperetur. Qui et ambo ibidem in christo quiescunt.

De sancto Syro martyre. Cap. xvii.



Syrus mar-

tyr apud alexandriam passus est sub decio cesaris persecutio. Hic cuiusdam potentis sub merce procurator: ab eo idolis immolare. Recusans cogitur in iuris: perfractis rursus mulctur blaudius. Cum vero utriusque contemneret: preacuta sude validissime transfuerberatus: et per media viscera neci traditur: et martyrio coronatur. Hec eusebius libro vi. cap. xxxi.

De sancto Cheramone episcopo et martyre. Cap. xviii.



Cheramone mar-

tyr et episcopus venerandus senex apud alexandriam fuit. Hic pontifex urbis egypti fuit qui dicitur nicopolis. Qui tempore deciane persecutio: cum ad arabicum montem cum grandeva coniuge discessisset nulli vltra apparuit. Et cum ad peragendum eum plurimi christiani frequentissime processissent: perferatatis omnibus locis neque ipsos vltra quisquam neque corpora eorum potuerunt inuenire. Hec eusebius ubi supra.

De sancta matre quedam filia bus virginibus et mar. Cap. xix.

Sancta



quedam mater cum duabus filiabus virginibus apud alexandriam passae sunt: sub persecutione diolectiani et maximiani augustorum. De quibus refert eusebius libro viii. cap. xii. q. cum esset pulchritudine et pudicitia formosa genere nobilis et copiosa facultatibus: filias duas virgines habebat ad materne pudicitie regulam enutritas: specie simul et moribus se imitantes. Quas religiosa mater secundum preceptum domini et timore diuinum dedicauerat. Cum autem declinade persecutionis gratia sui absentiam procuraret: missi a prefecto milites reptas eas venire antiochiam cogit. Sed cum perurgentibus militibus vehiculo iter agerent: religiosa et pudica mater filias lamentatur: quod eas gentiles studeant: aut a deo: aut a pudicitia separare. Hortaturque illas ne mori pertimescant: ne despecta pudicitiam uere cum turpitudine cupiat. admonetque illas necem eis aut opprobrium paratum peruenire: et impudicorum cum suum preter ripere. Cum autem filias ad tale propositum uideret accensas: et ad quedam flumini peruenissent necessitatis causa se descendere uelle simularunt. Et dum custodes paululum naturali verecundia secessissent: flumini se rapidis fluctibus iniecerunt. Sicque immaculatam domino spiritum reddiderunt. Hec eusebius.

De sanctis Adauto et sociis martyribus. Cap. xx.



Adauto mar-

tyr: cum innumeras uirginibus usque sexus omnibus etate sociis apud phrygiam passus est. De quo eusebius libro octauo capitulo secundo tractat: quod erat dux cuiusdam ciuitatis in phrygia posite: in qua erant omnes populi christiani: ipse autem in natione italica super uniuersum erat populum constitutus. Cum autem diolectianus imperator gentium legionem militum illum misisset: ut omnem ciuitatis illius plebem inolare compelleret: illique omnes unanimiter se christianos esse dicebant: et omnino sacrificare contempserunt. Adauto dux et curatore ciuitatis populum exhortante: portebat a gentilibus clauduntur: ipsaque ciuitas omni parte ab eis circumdatur: et missis igne oppidum: cum uiris omnibus ac mulieribus parulis pariter